



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Tria hominum genera in ecclesia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

Sic in medio Doctorum, modū præscripsit, præ-
dicationis, disputationis, locutiōis, sermonis, &c.

Tria hominum genera in
ecclesia.

Dixit Moyses populo Israhelitico. Vos sta-
tis hodie cūcti coram domino Deo uestro,
principes uestri & tribus ac maiores na-
tu atq; doctores: Omnisq; populus Israhel, liberi
& uxores uestre & aduenæ qui tecum moran-
tur in castris: Ex quibus emergit triplicē esse or-
dinem hominum in domo Dei, ecclesia.

Intellectus iactatissimæ sententiæ.

**TU SUPPLEX ORA, TU
PROTEGE, TU QUE LA-
BORA.**

Supremus locus clericorum est (ἀ κληρῶς, la-
stine sors uel hereditas, sunt enim de sorte
domini, & partem domini habent.) Horum
est illuminare ecclesiam, Psalm. 118. Reuela o-
culos meas & considerabo mirabilia de lege tua.
Hos alloquitur Dominus philaletes & philade-
phus

phus. Esai. 58. Roma. 8. clama, inquit, ex gutturo, ne parcas: exalta instar tubæ uocem tuam, & annuncia populo meo prauaricationem suā, & domui Iacob peccata sua. Et te quidem fili hominis institui speculatorem domui Israël, ut audias ex ore meo uerbum, et diserte moneas eos ex me. Cum dixerō impio tu certissime morieris: Tu uerò non fueris locutus ut diserte moneas impium, ut discedat à uia sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, & sanguinē eius de manu tua requiram: si uero tu diserte monueris impium à uia sua ut ab ea discedat, is autem à uia sua non conuersus fuerit, ipse in iniquitate sua morietur, tu uero liberaſti animam tuam, &c.

Alterum locum obtinet toparcha, (in principibus enim illustrior est Dei potentia, quam in hominibus priuatis atque plebeis) Græca ueritas eos uocat satrapeias, respondens originali hebraico, quod habet sarnim sive Sarne, quod principem significat, &c. In hoc ordinatus à Deo est, ut inſontes defendat, perfidos puniat, omnia ex præscripto faciat, Missus ad uindictā maleuolorum, laudem uerò bonorum: iuxta illud. **Magistratus officium.** Parcere subiectis & debellare superbos, etc. Iusto ergo non est imposta lex, sed iniusto, i. Timoth.

moth.

mot. i. Et non subditis, uerum impijs & transgressoribus, sceleratis, dissolutis etc. Sic Barrabas seditionem mouens in carceres coniectus est, Mat. 27. Sic Catilina, &c. Huius generis sunt hodie, qui nolunt Mystrarum obedire imperio & uotis, ut Deuteronomius precipit, cap. 17. Qui contumaces sunt ac apertissime scelerati: qui omnes

In quos
nimaduer
tendū sit.
Deute. 21.

catholicos pios magistratus cum illorum graui-
bus edictis cachinno excipiūt, id quod palam do-
mini mandato reluctatur, cum ait. Reddite quae
sunt caesaris caesari, & quae sunt Dei Deo, Mat.
22. Marc. 12. Luc. 20. Numisma autem Dei, ho-
mo. Numisma uero caesaris, aurum. Praestiterunt
se obedientels Caesari, Ioseph & benedicta uir-
go, & non reprehenduntur: nam & lex ipsa
dicit, reges & regna Dei esse ordinatione: Ea-
dem confirmant Apostoli, Roman. 13. 1. Petr. 2.

Deum ti-
mete.
Regem ho-
norate.

Qui ergo sese magistratui in pijs negotijs sub-
dit, Dei ordinationi sese submittit. Vsum igitur
gladij nullo modo CHRISTVS (ad cuius compa-
ratioem summi monarchae nihil aliud quam uer-
miculi sunt) ademit, sed permisit. Quod Iohan-
nes Christi Prodromus, Luc. 3. satis aperte te-
statur, dicens. Neminem concutiatis, neque
calumniam faciatis, & contenti estote stipen-
dijs uestris. Sic & Centurioni, Eunucho Can-
daci

hactis reginae, Cornelio, Sergio, non subla-
tus gladij usus, testatur Lucas, Act. 8. 10. et 13 Et
Psalmographus, Psalm. 143. Benedictus domi-
nus Deus qui docet manus meas ad praelium
et digitos meos ad bellum, &c. De uindicta le-
gitima in impios, uide Deuterono. 14. 18. Les-
uiti. 24. 3. Reg. 18. 4. Reg. 2. Iohann. 2.
1. Timoth. 2. Actor. 5. Galat. 4. 1. Corin-
thior. 10. &c. Hieronymus refecare iubet
putridas carnes. Sic Augustin. libr. 2. contra
Episto. Gauden. de here. sed & LL. imperiales,
et quidem antiquissime serio damnant, et da-
mnatam perpetuo uolunt apostatarum memo-
riam, L. quonia C. de Episcopis et clericis, &c.
MAGISTRATVI autem quatenus obsequen-
dum, uide Tertullia. in Apologe. cap. 30. 31. 32.
&c. Et quando etiam confidenter resistendum,
uide in Eusebio, ubi Polycarpi martyrium pro-
sequitur: Item apud Basilium de institutione
Monachorum cap. 14. &c. breuitatis enim gra-
tia supersedeo. Hodie certe, ut cum piorum
uenia loquar, rara est admodum grauitas et
legum peritia in pratoribus pilatistis, que-
storibus, (Gozelita sunt qui uiuunt ex ra-
ptu, qui nusquam non depradantur) prae-
sentis, et hoc genus magistratibus, predicari,
per-

Hiere. 9.

3. Ab egre pergracari, lenocinari, deferre, adulari, deplu-
gio princi viare, desquamare, & hoc genus facinora com-
pe expe mittere nobilitat, ô impia & stulta panurgia, &
ctanda.

1. Sãctitas cecitas, &c.

domi. In Tertius plebeorũ est, (crassissima quidẽ hu-
armisforti ius orbis pars, sed ita crassissima, ut tamen ad
tudo. Vtro Christi pertineat corpus) qui sunt pedes ecclesie
biq; pru ad portandum eam, ait Hugo Cardinalis: De quib;
dentia. bus Psaltes regius, de quo dubium, an rex glorie
Promiscu- osior, an propheta sanctior fuerit, Psal. 17. Qui
um uulg. posuit pedes meos quasi ceruorum, &c. Summa,
Subiecti osior, an propheta sanctior fuerit, Psal. 17. Qui
debẽt pre- posuit pedes meos quasi ceruorum, &c. Summa,
sidibus o- subiecti debent præsidiibus obedientiam, quasi ius-
bedientiã. dicibus à Deo constitutis in his quæ ad salutem
animarum pertinent. Deinde etiam subiectionẽ,
sunt enim à Deo præpositi; Hebre. 13. Ipsorum
autem est peruigilare & rationem pro animabus
reddere, Esai. 58. Nemo enim, inquit Ignatius ad
smyrneñ: potior est Deo, neque similis, neque
Episcopo in ecclesia honorabilior. Qui enim ho-
norat Episcopum, honorabitur à Deo, & qui
inhonorauerit eum, à Deo inhonorabitur, &c.

Leuit. 19.

Reuerentiam quoque debent & honorem tan-
quàm patribus suis spiritualibus. Victum deniq;
& sumptus, sine quibus ecclesiasticum ministeri-
um exerceri non potest: Dicit enim scriptura.
1. Tim. 5. Non obligabis os boui trituranti, & dignus est
peccat

operarius mercede sua, &c. Humanā temeritatem in sacerdotes Dei non grassari debere, indicat concil. Matisconen. 2. ca. 9. & 15. &c.

Primi ergo duos ultimos ordines instruunt: Medij defendunt. Tertij sustentant duos primos: De his tribus membris mentionē facit Apostolus ἀνεπίληπτος 1. Corinth. 12. ubi comparat ecclesiam corpori, τοσ, &c. Qualiter uero mali persequantur illam, uide 1. Corint. 11. 15. 2. Corin. 11. Gala. 1. Philip. 3. Acto. 8. 12. 19. &c.

Excommunicationis ecclesiasticæ uis & censura, Quanta.

Sacris proditum est literis, eijci aliquem ab ecclesia militante duobus modis. Primo à merito per gratiæ subtractionem uel nō appositionem: Eijcit autem, id est, permittit eijci, Apocalyp. cap. ult. Huiusmodi canes sunt uenefici & impudici. Alio modo à numero per excommunicationem siue à consortio, secundum illud, Numc. 5. Eijce omnem Elephantiacum extra castra. Et prouerb. 22. Eijce Derisorem & exi- bit cum eo iurgium. Et os ecclesiæ Paulus, prohibet 1. Corinth. 5. ne cum ipsis sumamus panē. & Ioan. 2. Nolite, inquit proreta Christus, cum

Vide Hunc Cardinalem.

Derisor Bullingerus qui excommunicatus

G reci